



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 8. De Scandalo Apostol. & negatione Petri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

7. Christus passionem & depressionem suam appellat gloriam & claritatem, qua glorificat illum Deus. Quam diuersa sunt indicia Dei & hominum. Homines claritatem suam in honoribus, amplitudine, & rebus secundis huius vitae collocant; Deus aeterna sapientia, in contemnendo seipsum & patiendo.



MEDITATIO VIII. PRAEDICTIO DE SCAN- DALO DISCIPVLORVM, ET PETRI NEGATIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Contentionem quarentium: *Quis videretur esse maior? sedat, docens id humilitate obtineri, & suo exemplo confirmat.*

II. *Petro significat Sathanam expetisse eum, ut cribraret, sed eius oratione confirmandū ne deficiat; quia & omnes scandalum passuros.*

III. *Petro affirmanti se paratum in carcерem & mortem cum ipso ire, predicit ipsum, ea ipsa nocte, ter esse negaturum: quamuis tam ipse Petrus, quam alij contrarium sponderent.*

F I G V -

FIGVRA.

MORITVRVS Patriarcha Iacob, *Gen. 48.*
stantibus in orbem omnibus filijs, *& 49.*
prætulit minorē fratrē Ephraim, maiori
Manassi; deinde cum multa futura præ-
dixisset, bene illis precatus est.

DOCUMENTA.

1. **Q**UANDO QVIDEM non puduit Christum suis seruire discipulis, nos item, si pudet alterius cuiusquam hominis imitari humilitatem, Christi saltem humilitatem imitari non pudeat.
2. Apostolis promisit Christus regnum, non quod ipsum secuti essent, sed quod secum in temptationibus permanissent. Parum est bene cœpisse, nisi perseveres; neque is qui tantum sequitur Christum, sed qui patitur, & affligitur pro ipso, afficitur proximijs.
3. Diabolus cupit temptationibus eribrare omnes homines, sed imprimis seruos Christi, ab illo ad aliorum utilitatem & auxilium destinatos. Vigilemus ergo, quia non dormit inimicus.
4. Christus rogauit pro Petro, ut conuersus alios confirmaret. Et nos, si quam à Domino gratiam consecuti sumus, non eam pati debemus otiosam esse, sed adhibere ad auxilium & salutem aliorum.
5. Ne putemus nos esse tutos, quantumcunque in virtutibus processisse videamur, sape enim accidit, ut qui reliquis virtute

n suam
glorifi-
indicia
m suam.
ecundis
pientia,

III.
CAN-
VM,

NIS.
: Quis
at, do-
, & suo

xpetif-
ius ora-
it; quia
s.
n in car-
re, pra-
esse ne-
Petrus,
erent.
FIGV-

longè antecellere putantur , turpius corruant.

6. Permisit Dominus Petrum in columnā illam magnam labi , pro nostra instructione. Primum vt disceremus non nobis fidere , aut de nostris viribus magnificè sentire , nostra imbecillitate cognita. Deinde vt plus Christo , iisque , qui vice ipsius nobis præsunt , quam nostro iudicio credamus. Tertiō , vt imprudentem eorum audaciam reprimeret , qui res magnas scire , & facere melius quam alij volunt. Quartō , vt quibus aliorum cura & gubernatio commissa est , suo experimento discant , quomodo subditorum infirmitatibus , si quando labantur , compati debeant.



MEDITATIO IX.

DE ITINERE

AD HORTVM.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Mat. 26.* I. Hymno dicto , egressus est cum discipulis trans torrentem Cedron , in montem Oliueti.
- Mar. 14.*
- Luc. 22.*
- Ioan. 18.*
- II. Ingressus hortum , assumptis tribus discipulis , cœpit tristari , pauere , tñdere , ac mœstus esse.
- III. Ait illis : Tristis est anima mea , usque ad mortem ; sustinete , & vigilate mecum . Et auulsus est ab eis ad iactum lapidis.

FIGV.